singular term must be subordinated to a singular concept,<sup>59</sup> and that the formation of a singular concept depends on the actual presence of the singular thing.<sup>60</sup> No one can hand on a singular concept to another by definition or explanation.<sup>61</sup> In his *Questiones in Metaphysicam*, Buridan considered the names 'Antichrist' and 'Aristotle'. He argued that 'Antichrist', the favourite example of a name referring to a person who does not yet exist, is not a singular term, since it is formed from 'anti' and 'Christ', and could apply to many individuals. He then turned to his

59. See n. 17 above.

60. Buridan, *Quaestiones de Anima* III.8, pp. 76-79, especially p. 77: "tu non potes intelligere Aristotelem per modum simpliciter singularem, quia nunquam cognovisti eum per modum existentis in prospectu tuo." (For an excerpt from this question, see below, Appendix, text III.) Buridan, *Questiones in Physicam* I.7, f. ix ra. "Sed tu dices quomodo ergo possum concipere Aristotelem singulariter cum nunquam fuerit in prospectu meo. Ego dico quod non est tibi possibile loquendo proprie, quia tu non concipis eum differenter ab aliis hominibus nisi secundum quamdam circumlocutionem, ut quia summus philosophus, magister Alexandri, discipulus Platonis, qui composuit libros philosophie quos vel quales legimus etc. Modo licet hec descriptio secundum veritatem non conveniret nisi sibi, tamen ipsa non est proprie terminus singularis, sicut nec iste terminus 'deus' est terminus singularis. Licet non conveniat nisi sibi soli, non enim repugnat ex modo significationis vel impositionis quod conveniat pluribus et supponat pro pluribus. Si enim esset alter deus consimilis, hoc nomen 'deus' conveniret sibi et pro eo supponeret sine nova impositione vocabuli. Ita si fuisset alius qui fuisset supremus philosophus et magister Alexandri et discipulus Platonis etc., illi convenisset dicta descriptio et pro eo supposuisset. Sic autem non est de termino simpliciter et proprie singulari, quia si hunc in prospectu meo demonstratum voco 'Sortem' nomine proprio, non quia talis vel talis, sed quia isti nunquam alii quantumcumque simili conveniret hoc nomen 'Sortes', nisi ex alia impositione esset impositum ad significandum illum alium, et sic equivoce. Sed forte alio simili demonstrato mihi, crederem quod esset Sortes, et non esset Sortes, et essem deceptus. Hoc enim non est impossibile; et ista profundius perscrutanda sunt in septimo Metaphisice ...."

61. Buridan, *Questiones in Metaphysicam* VII.20, f. liiii ra: "Omnem conceptum meum debeo tibi posse manifestare per verba mea, sed conceptum meum singularem non possum tibi monstrare per verba nisi monstrando ad sensum illud quod ego concipio. Verbi gratia, si ego cognosco Sortem quem nunquam novisti, et tu petis quid intelligo per 'Sortem', et ego respondeo tibi quod per 'Sortem' ego intelligo unum hominem †morantem† qui est magister in theologia, et sic addendo quascumque circumstantias voluero, adhuc non exprimo tibi conceptum singularem, quia talis oratio ita bene conveniret uni alteri si illi alteri conveniret ille circumstantie. Et sic videtur quod non possum concipere rem singulariter nisi monstretur ad sensum." For an excerpt from this question, see below, Appendix, text I.



own favourite example, ‘Aristotle’.<sup>62</sup> If I am in the presence of Aristotle, and I dub him ‘Aristotle’, then the name is a genuinely singular term. But if Aristotle is a figure in the distant past, then my concept of Aristotle must be a descriptive one, containing such general elements as ‘man’, ‘great philosopher’, ‘born in Greece’, and so on. Given that there was indeed such a man, having just those characteristics, then my concept supposits for Aristotle, and so stability of reference is guaranteed, but since the concept is not and cannot be a singular concept, it seems that ‘Aristotle’ cannot be a proper singular term when uttered by me, but only an individual *ex circumlocutione*.

Buridan adds a very important clause to his discussion at this point. He remarks that I can treat ‘Aristotle’ as a singular term because I believe that the name was imposed or given its signification by a person who did have the appropriate singular concept. This move allows him to avoid the awkward consequence that whether ‘Aristotle’ is a proper name or not depends entirely on the experience of the speakers, and not at all on the linguistic practices of the community. If I have never known Aristotle, but am speaking with someone who did know him, we can both be taken to be using a proper name when we utter the word ‘Aristotle’. Buridan’s remarks can be expanded in at least two closely related ways. On the one hand, given his references to an original baptism or name-giving ceremony, we can regard Buridan as offering an early hint of the historical chain theory of proper names. On the other hand, given his apparent recognition of the speaker’s intention to refer to the person who was baptized as related to the social practices of the community, and to a body of information which, accurate or not, is

---

62. Buridan, *Questiones in Metaphysicam* VII.20, f.liiii rb-va: “Sed maior est dubitatio de isto termino ‘Aristoteles’, utrum sit terminus singularis, et utrum correspondeat ei conceptus singularis. Et ego credo quod bene fuit terminus singularis, et impositus fuit secundum conceptum singularem, scilicet quando Aristoteles denominabatur, dicebatur enim ‘iste vocetur “Aristoteles”’, et quia nos credimus quod secundum conceptum singularem illud nomen fuit impositum, ideo reputamus semper istum terminum tanquam singularem. Tamen credo quod in nobis qui non vidimus Aristotelem non correspondet illi nomini conceptus singularis quia in dicendo quid intelligo per Aristotelem non posset dici nisi unum hominem, philosophum magnum, de tali loco, qui fecit talia, et sic de aliis circumstantiis. Ista omnia convenirent alteri si fuisset alter talis cum Aristotele, sed tamen quia de facto non fuit talis alius, ille conceptus noster correspondens huic termino ‘Aristoteles’, et etiam iste terminus ‘Aristoteles’, non supponit apud nos nisi pro uno solo.” For an excerpt from this question, see below, Appendix, text I.

causally connected with the man baptized ‘Aristotle’, perhaps Buridan is nearer to Gareth Evans than to Kripke (to mention just two names).<sup>63</sup> Buridan’s hints were picked up, though not developed, by later authors. For instance, Dorp remarked that we treat such names as ‘Aristotle’ as singular because they were singular for the original impositor.<sup>64</sup>

The importance of some sort of causal link between the original producer of the name and the individual named and its relation to the representative nature of even singular concepts was brought out by Buridan and Dorp in their discussion of two cases. In the first case, Plato and Socrates are exactly similar and, without my knowing it, one replaces the other in my field of sight.<sup>65</sup> Buridan and Dorp argue that while my first-formed singular concept is equally similar to the second person to appear, it is not a concept of him, because it is caused by a different individual. The criterion for distinction is not the fit between concept and object but the causal relation. The second case was discussed by Dorp alone. If identical twins are born, and are both called ‘Socrates’, it may seem that ‘Socrates’ will function as a common name in this case, because the concepts will be exactly alike, but here too the causal relation becomes all-important. There are two singular terms, each with its own signification.<sup>66</sup>

Another feature of Buridan’s approach to proper names is that he allowed the names of animals and rivers to be less properly singular than the names of people. This feature arose from Buridan’s discussion of identity through time in the last redaction of his commentary on Aristotle’s *Physics* where he posed the question “Is Socrates the same today that he was yesterday?”<sup>67</sup> He began by presenting arguments for a negative answer. For instance, if we call Socrates’ hand *a* and the rest of Socrates *b*, and if we postulate that he loses his hand, then yesterday Socrates was *a* and *b*, since the whole is equivalent to its parts, but today he is only *b*, so he is not the same. He then presented a number of

63. See Evans 1973 and 1982; Recanati 1993.

64. Dorp, *Compendium*, sig. b 1 vb-2 ra.

65. Buridan, *Questiones in Physicam* I.7, f. ix ra; *Questiones in Metaphysicam* VII. 17, f. lii va-vb. Dorp, *Compendium*, sig. e 2 rb.

66. Dorp, *Compendium*, sig. e 2 rb: “Item, si in dicto casu ly ‘Sortes’ non esset individuum, hoc esset quia ly ‘Sortes’ significat duos gemellos univoce; sed hoc est falsum, quia illis duobus gemellis conveniunt diversos conceptus singulares determinati non synonymi mediantibus quibus iste terminus ‘Sortes’ significat istos duos gemellos.”

67. Buridan, *Questiones in Physicam* I.10, f. xiii va-vb. For discussion and lengthy quotations from the best manuscript, see Pluta 2001, as well as below, Appendix, text II.

arguments for an affirmative answer. For instance, if the adult differs from the boy, then the adult will not be a Christian even though the boy was baptized, and that is an awkward conclusion.

In his solution, Buridan makes a careful distinction between three kinds of numerical identity through time. In the strictest sense, being totally the same in number, no change of any kind is allowed, and so there are very few real individuals, perhaps only God. In the less strict sense, being partially the same in number, the continuity of one part is sufficient. Socrates is the same Socrates despite bodily changes, because he has the same soul, but the human body will not retain its identity through time, and neither will a horse. In the least strict sense of identity, being the same according to the continuity of diverse parts succeeding one another, we find that animals, bodies, and rivers can be regarded as minimally the same through time. The Seine is the same river now as it was ten years ago because of the continuous succession of water-parts. This allows us to use the word 'Seine' as if it were a singular term in accordance with the customary modes of speech. It follows that the terms 'Socrates' and 'Aristotle' on the one hand and 'Seine' and 'Brunellus (the donkey)' on the other have a different status. The former are more properly singular terms than the latter even for those who are acquainted with all of these individuals through time. In both cases it is important to note that we are allowed to retain singular concepts through memory, so I can keep the same concept through time provided I have had the requisite original experience of the individual in question.<sup>68</sup>

Reflection on the problem of identity through time led some logicians to adopt an even more restrictive account of proper names than Buridan himself had countenanced, and one which has much in common with his account of vague singular terms which change their reference from moment to moment. Various authors in early sixteenth century Paris, including Juan Dolz,<sup>69</sup> Gaspar Lax,<sup>70</sup> and William Mander-

68. Buridan, *Questiones in Metaphysicam* VII.20, f. liiii va (for an excerpt from this question, see below, Appendix, text I.)

69. Dolz, *Termini*, f. xxx ra-rb. He writes (rb): "iste terminus 'Sortes' equivoce significat Sortem qui est nunc et Sortem qui fuit heri; immo continue significat mediante alio et alio conceptu. Ex quo patet quod iste terminus 'Sortes' quando fuit impositus non precise fuit impositus ad significandum unum, sed etiam imponebatur ad significandum omnes qui illi succedere deberent, et tamen mediantibus diversis conceptibus; et sic bene significat plura divisim, sed hoc est equivoce."

70. Lax, *Termini*, sig. E ii ra-va. He writes (sig. E ii rb) "dico quod non est possibile quod

ston,<sup>71</sup> argued that a sequence of different concepts of Socrates will be formed through time, even by one acquainted with him, and hence that the name 'Socrates' is no more a proper singular term than is the name 'Seine'. It is radically equivocal, since at every moment it is subordinated to a different concept. Nor is this incompatible with the intentions of the person who originally gave Socrates his name. Strictly speaking, only the baby was called Socrates, but the name was imposed equivalently or as a consequence to signify every successor to the boy by means of different concepts.

Domingo de Soto strongly opposed these views.<sup>72</sup> He discussed the three types of identity, and agreed that the distinctions made were useful, but he held that to regard the name 'Socrates' as an equivocal term which refers to a succession of individuals is a denial of common speech and of the common sense of the wise men who originally gave terms their signification. Identity of the second type is sufficiently strong to be the basis for one singular concept to be predicated non-ambiguously through time, and this is not just because there is a continuous soul, but because there is an identity of the body as well, by virtue of its continuous form and function. Here he appealed to Aristotle to support his thesis. He insisted that horses and trees could also enjoy the

---

iste terminus 'Sortes' univoce incomplexo et singulariter significet Sortem qui tunc est et Sortem qui fuit heri, supposito quod aliquem partem quantuncunque parvam habeat Sortes qui nunc est quam non habuit Sortes qui heri fuit ... Et si contra hoc arguas: tunc sequeretur quod iste terminus 'Sortes' continue aliud et aliud significaret mediante alio et alio conceptu, sed hoc est falsum. Patet: ly 'Sortes' precise imponebatur ad significandum illum qui tunc erat puer, et iste non est ille qui tunc erat puer, ergo non imponebatur ad significandum istum per illam impositionem, nec per aliam ut suppono, igitur non imponebatur ad significandum istum nec significat naturaliter, ergo non significat istum. Ad hoc respondetur concedendo illatum, nec inconvenit quod aliquis terminus imponatur ad significandum aliquem cuius conceptum singularem non habemus. Ad argumentum nego illud esse falsum. Et ad probationem distinguo quod solum imponebatur ad significandum illam, vel formaliter, et sic concedo, vel equivalenter, et sic nego, unde equivalenter imponebatur ad significandum omnes illos qui debent succedere isti."

71. Manderston, *Dialectica*, sig. c 5 rb-va: "licet pater baptizans imponebat illum terminum 'Sortes' formaliter ad significandum Sortem qui tunc erat, equivalenter tamen et ex consequente imponebat ad significandum omnem hominem qui poterat illi succedere per augmentum vel decrementum, manente simili anima. Hoc tamen fit diversis conceptibus mediantibus." Like Buridan, he then claimed that having the same soul is sufficient for the continued efficacy of baptism: the adult Socrates is still a Christian.

72. Soto, *Summule*, ff. xviii vb-xix rb.

appropriate kind of identity, and so do rivers. The names ‘Seine’ and ‘Tormes’ (the river that flows through Salamanca) are singular terms in the proper sense.

## Conclusion

During the sixteenth century, singular concepts remained a subject of discussion in commentaries on Aristotle’s *Physics* and *De anima*, and even such Thomists as Franciscus Toletus continued to argue for singular concepts. However, while parts of Buridan’s discussion of singular terms were still very influential in the early sixteenth century, unfortunately the logicians who came after Domingo de Soto reverted to a very cursory treatment of proper names and vague individuals. We have to wait for the nineteenth and twentieth centuries for a rediscovery of some of the problems that had exercised John Buridan in the fourteenth century.

## Appendix: Three Texts from Buridan

### I. Buridan, *Questiones in Metaphysicam*, VII.20, f. liiii ra-va.<sup>73</sup>

Consequenter queritur vicesimo utrum possibile est aliquam rem cognoscere singulariter sine eius sensatione.

Arguitur quod sic.

Primo, quia deus omnia cognoscit singulariter et discrete, et tamen non sentit.

Item. Per nomina singularia tu loqueris de Aristotele et Antichristo, quos tamen nunquam sensisti, et oportet illis nominibus singularibus correspondere conceptus singulares, igitur ....

Oppositum arguitur.

Primo per Commentatorem tertio de Anima qui dicit quod intellectus intelligit universale per se, sed non singulare nisi mediante sensu.

Item. Omnem conceptum meum debeo tibi posse manifestare per verba mea, sed conceptum meum singularem non possum tibi mon-

73. The punctuation and paragraphing do not reproduce that of the edition. A few emendations have been performed, but they are marked as such. Critical notes enclosed between {...} refer to the immediately preceding word.

strare per verba nisi monstrando ad sensum illud quod ego concipio. Verbi gratia, si ego cognosco Sortem quem nunquam novisti, et tu petis quid intelligo per 'Sortem', et ego respondeo tibi quod per 'Sortem' ego intelligo unum hominem †morantem† qui est magister in theologia, et sic addendo quascumque circumstantias voluero, adhuc non exprimo tibi conceptum singularem, quia talis oratio ita bene conveniret uni alteri si illi alteri convenirent ille circumstantie. Et sic videtur quod non possum concipere rem singulariter nisi monstretur ad sensum.

Ista questio est multum difficilis et forte parum usitata.

Dico ergo primo quod bene certum est quod multi sunt termini quorum quilibet pro unica re supponit, et non est possibile stante eius significatione quod pro pluribus supponat, sicut iste terminus 'deus' secundum suam significationem propriam nunquam potest pro pluribus supponere, quia impossibile est plures deos esse. Et ita etiam iste terminus 'sol' vel iste terminus 'luna' non potest pro pluribus supponere nisi fiat miraculum, quia non est possibile per naturam quod sit alius sol vel alia luna vel alius mundus, etc. Et tamen dicti termini non sunt termini singulares; immo magis sunt termini communes quantum est ex modo sue impositionis, quia non repugnat illis terminis ex modo sue significationis supponere pro pluribus. Si enim per [possibile vel] impossibile esset alius deus vel alter sol vel altera luna, predicti termini sine nova impositione supponerent pro illis sicut supponunt pro iis que nunc sunt, et tantum {tamen *ed.*} ex parte rerum significatarum repugnat quod supponant pro pluribus, sed {licet *ed.*} ex tali repugnantia non vocatur terminus singularis. Et sic etiam dicendum est quod predictis terminis non correspondent conceptus singulares, immo conceptus specifici et communes, quia quantum est ex modo concipiendi non repugnat quod talis conceptus sit indifferenter plurium rerum.

Postea etiam dico quod de pluribus individuis eiusdem speciei habemus bene conceptum supponentem pro uno solo illorum individuorum sine sensatione illius. Et hoc est ex appositione plurium [liiii rb] proprietatum quarum collectio in nullo aliorum invenitur, ut dicit Porphyrius. Verbi gratia, ista oratio 'primus rex Francie Christianus' non supponit nisi pro uno determinato homine, et tamen isti orationi non correspondet conceptus singularis, sed congregatio plurium conceptuum communium, cum illa oratio sit composita ex terminis communibus.

Sed dubitatio est magna de impositione quam cotidie facimus et maxime in syllogismo expositoryo ....

Sed iterum est dubitatio de illo termino 'Antichristus'. Et ego credo quod ex modo sue impositionis non est terminus singularis, quia com-

ponitur ab ‘anti’ quod est ‘contra’, et ‘Christus’, quia finget se Christum, et non erit, quia magis erit contra eum. Et huic orationi non correspondet conceptus discretus; immo si essent plures se fingentes Christum et existentes contra Christum, quilibet esset Antichristus.

Sed maior est dubitatio de isto termino ‘Aristoteles’, utrum sit terminus singularis, et utrum correspondeat ei conceptus singularis. Et ego credo quod bene fuit terminus singularis, et impositus fuit secundum conceptum singularem, scilicet quando Aristoteles denominabatur, dicebatur enim ‘iste vocetur “Aristoteles”’, et quia nos credimus quod secundum conceptum singularem illud nomen fuit impositum, ideo reputamus semper istum terminum tanquam singularem. Tamen credo quod in nobis qui non vidimus Aristotelem non correspondet illi nomini [liiii va] conceptus singularis quia in dicendo quid intelligo per Aristotelem non posset dici nisi unum hominem, philosophum magnum, de tali loco, qui fecit talia, et sic de aliis circumstantiis. Ista omnia convenirent alteri si fuisset alter talis cum Aristotele, sed tamen quia de facto non fuit talis alius, ille conceptus noster correspondens huic termino ‘Aristoteles’, et etiam iste terminus ‘Aristoteles’, non supponit apud nos nisi pro uno solo.

Et sic finaliter videtur michi esse dicendum quod nullus est conceptus singularis nisi sit conceptus rei per modum existentis in presentia et in prospectu cognoscentis tanquam illa res appareat cognoscenti sicut demonstratione signata, et istum modum cognoscendi vocant aliqui intuitivum.

Verum est quod per memoriam bene concipimus rem singulariter per hoc quod memoramur hoc fuisse in prospectu cognoscentis, et per talem modum illud cognovisse. Et sic memorando de Sorte quem vidi, iterum concipio ipsum singulariter, licet ipsum non videam. Sed si eum non vidissem, non possem de eo formare conceptum supponentem pro eo solo nisi per congregationem circumstantiarum communium.

Similiter etiam in somnio bene res concipimus singulariter, quia per modum existentium in conspectu nostro, unde apparent nobis signate in conspectu nostro, sed sepe illi conceptus sunt ficti, quia non habent in re extra convenientem correspondentiam. Non est enim inconveniens quod sint conceptus singulares ficti sicut et communes.

## II. Buridan, *Questiones in Physicam*, I.10, f. xiii va-vb.<sup>74</sup>

Questio decima est consequens ad precedentem, scilicet utrum Sortes est hodie idem quod ipse erat heri, posito quod hodie additum est sibi aliquid {*K* : aliud *ed.*} ex nutrimento et conversum in substantiam eius, vel etiam posito quod ab eo est aliqua pars remota ut si amputata est sibi manus.

Arguitur primo quod non sit idem, quia sequitur quod totum esset idem cum sua parte, et sic totum esset sua pars, cuius oppositum dictum est in alia questione. Consequentia patet ponendo quod illud quod hodie additum est Sorti vocetur *b* et residuum totum vocetur *a*, constat quod Sortes heri erat illud *a*, et si est hodie idem ipse est adhuc illud *a*, et tamen *a* est pars eius distincta contra *b*, ergo etc.

Iterum si manus que hodie amputatur vocetur *b* et residuum *a*, tunc Sortes heri erat *a* et *b*, cum totum sit sue partes, et ipse hodie non est *a* et *b*, cum *b* sit ablatum, ergo non est idem quod heri.

Iterum sequitur quod illud quod esset totum corruptum remaneret adhuc idem quod ante, quod est impossibile, cum dictum sit secundo de Generatione<sup>75</sup> quod corruptum non potest reverti idem numero. Consequentia probatur ponendo casum quod hoc dolium sit plenum vino, et illud vinum ponatur continere centum vel mille guttas, tunc si ille mille gutte fuerint {fuerunt *ed.*} corrupte totum hoc vinum erit corruptum, et tamen remanebit hoc idem vinum. Probatio ponendo casum quod quilibet hora una illarum guttarum defluat per fundum et corrumpatur et per os supra una gutta aque ad replendum apponatur. Constat quod post remotionem prime gutte et appositionem alterius adhuc erit idem vinum quod ante. Pari ratione sicut Sortes est idem licet sit aliquid {*K* : aliud *ed.*} appositum ex nutrimento et aliquid {*K* : aliud *ed.*} deperditum a calore consumente; et pari ratione si iterum auferatur una gutta et apponatur alia, adhuc erit idem et sic semper. Tunc ergo per mille horas omnes ille mille gutte erunt corrupte, et sic totum illud vinum erit unum corruptum, et tamen adhuc remanebit idem vinum.

Oppositum arguitur quia reverteretur opinio Eracliti quod non contingeret eundem hominem {*K* : equum *ed.*} intrare bis eundem fluvium quia continue {*K* : continuo *ed.*} mutaretur per continuam nutritionem et fieret alius quam ante.

74. The printed edition ("ed.") has been corrected with the help of ms. *K* = København, Det kongelige Bibliotek, Ny kgl. Saml. 1801, 2, the readings of which have been taken from the transcriptions in Pluta 2001: 53-59.

75. Arist. *GC* 2.11.338b16-17.



Iterum sequitur quod hoc nomen ‘Sortes’ non esset nomen discretum quia supponeret pro pluribus et diversis, licet prius et posterius sicut hoc nomen ‘tempus’.

Iterum quod augetur manet idem, ut habetur primo de Generatione,<sup>76</sup> et tamen augetur per appositionem aliquarum partium ex nutrimento.

Item sequitur quod ego nunquam alias vidissem te quem nunc video, sed vidissem unum alium; et periret actio iniuriarum et retributio bonorum. Tu enim non es ille qui heri me percussit vel qui heri defendit me ab inimicis, quare ergo peterem emendam vel quare deberem tibi retribuere?

Iterum sequitur quod tu qui hic es non fuisti baptisatus sed unus alius, ideo tu non es Christianus.

Iterum eodem die corrumperentur multi Sortes et generarentur multi alii quia in hac hora iste Sortes est et in hora precedente non erat, sed unus alius qui modo non est, ergo iste hodie est genitus et iste corruptus, cum generatio {*K* : generatum *ed.*} sit mutatio de non esse ad esse et corruptio econverso.

Non querimus de idemptitate secundum speciem vel secundum genus, sed de idemptitate numerali {*K* : naturali *ed.*} secundum quam hoc esse idem {*K* : *om. ed.*} illi significat hoc esse illud et tunc ista questio faciliter solvitur per distinctionem. [vb]

Tripliciter consuevimus dicere aliud alicui esse idem in numero.

Primo modo totaliter, scilicet quia hoc est illud et nichil est de integritate huius quod non sit de integritate illius et e converso. Et hoc est propriissime esse idem numero; et secundum istum modum dicendum est quod ego non sum idem quod ego eram heri, nam aliquid {*K* : aliud *ed.*} heri erat de integritate mea quod iam resolutum est, et aliquid {*K* : aliud *ed.*} etiam heri non erat de integritate mea quod post nutritionem est de substantia mea. Et sic dicebat Seneca in epistola ad Lucillum, que incipit ‘quanta verborum’, “nemo idem in iuventute et senectute, immo nec heri et hodie. Corpora enim nostra rapiuntur fluviorum more”.<sup>77</sup> Et ad istam intentionem locutus est bene Eraclitus quod sic continue mutamur, et non contingit {*K* : convenit *ed.*} eundem hominem {*K* : equum *ed.*} totaliter bis intrare fluvium et totaliter eundem. Et ad hunc modum capiendi ‘idem in numero’ procedunt bene rationes que fiebant in principio questionis ad probandum quod Sortes non sit idem hodie quod Sortes erat heri.

76. Arist. *GC* 1.5.321b12-13.

77. Sen. *Ep.* 58 (VI.6).22.

Sed secundo modo aliquid {*K* : aliud *ed.*} dicitur alicui idem partialiter, scilicet quia hoc est pars illius, et maxime hoc dicitur si sit maior vel principalior, vel etiam quia hoc et illud participant in aliquo quod est pars maior vel principalior utriusque. Sic enim dicit Aristoteles nono Ethicorum<sup>78</sup> quod homo maxime est intellectus, sicut civitas et omnis congregatio maxime est principalissimum, prout allegatum est in questione precedente, et exinde etiam proveniunt denominationes totorum a denominationibus partium. Et ita manet homo idem per totam vitam, quia manet anima totaliter eadem que est pars principalior, immo principalissima. Sed sic non manet equus idem, immo etiam nec corpus humanum.

Et sic bene est verum quod tu es ille idem qui a quinquaginta annis citra fuit baptisatus, maxime cum hoc nobis conveniat principaliter ratione anime, non corporis. Et possum te prosequi super iniuriis vel teneor ad remunerandum tibi, quia etiam opera iniuriosa vel meritoria sunt principaliter ab anima, non a corpore. Et sic etiam non dicimus te generari hodie quia non dicimus aliud generari simpliciter nisi generetur secundum se totum vel secundum eius partem maiorem vel principalem.

Sed adhuc tertio modo et minus proprie dicitur aliquid alicui idem numero secundum continuationem partium diversarum in succedendo alteram alteri. Et sic Secana dicitur idem fluvius a mille annis citra, licet proprie loquendo nichil modo sit pars Secane quod a decem annis citra fuisset pars Secane. Sic enim mare dicitur perpetuum, et iste mundus inferior perpetuus, et equus idem per totam vitam, et similiter corpus humanum. Et iste modus idemtitatis sufficit ad hoc quod nomen {*K* : nullum *ed.*} significativum dicatur discretum vel singulare secundum communem et consuetam locutionem que non est vera proprie. Non enim est proprie verum quod Secana quem ego video est ille quem ego vidi a decem annis citra. Sed propositio conceditur ad istum sensum quia aqua quam video que vocatur Secana et aqua quam tunc vidi que etiam vocabatur Secana et aqua etiam que intermediis temporibus fuerunt et vocabantur quelibet in tempore suo Secana continue fuerunt in succedendo ad invicem. Et ex idemtitate etiam dicta secundum huiusmodi continuationem dicimus hoc nomen 'Secana' esse nomen discretum et singulare, quamvis non ita proprie sit discretum, sicut esset si maneret idem totaliter ante et post.

78. Arist. *EN* 9.8.1168b31-35.

Et per hec dicta apparet manifeste quomodo sit dicendum ad omnes rationes que fiebant, et quomodo procedunt viis suis, etc.

### III. Buridan, *De Anima* III. 8, ed. Zupko 1989: 77-79.<sup>79</sup>

... Et ab hoc, dico corollarie esse credendum quod tu non potes intelligere Aristotelem per modum simpliciter singularem, quia nunquam cognovisti eum per modum existentis in prospectu tuo. Et verum est quod bene cognoscis singulariter hanc vocem ‘Aristoteles’ vel hanc vocem ‘homo’ quae tibi proponitur, quia audis eam per modum existentis in prospectu auditus tui. Sed rem significatam isto nomine tu non cognoscis per modum simpliciter et proprie singularem {singulare *ed.*}, quia tu nunquam cognoscis Aristotelem distincte a Platone vel Roberto, nisi per circumscriptionem tibi datam ab aliquibus: ut quod Aristoteles fuit unus homo natus in Graecia; discipulus Platonis; consultor Alexandri, qui composuit tales libros. Modo talis circumlocutio non est secundum conceptum simpliciter singularem, quia ponamus, sive sit verum sive sit falsum, quod unus alter homo habuit similes condiciones. Tunc illa circumlocutio ita conveniret isti sicut illi; nec magis per talem circumlocutionem intelligeres unum quam alium. Sed tamen, verum est quod illud nomen ‘Aristoteles’ fuit impositum ad significandum eum secundum conceptum singularem, quia demonstrantes eum in prospectu suo dixerunt ‘Iste puer vocatur “Aristoteles”’. Et illam sententiam Aristoteles intendebat in septimo *Metaphysicae*, ubi dicit quod non contingit singularia definire,<sup>80</sup> immo nec circumloqui circumlocutione propria, oportet enim circumlocutionem fieri, [78] ut dixi, per plurima nomina, et illa essent convenientia aliis, vel possibilea convenire, ut si alia singularia generarentur similia: verbi gratia, dicit Aristoteles, “si quis te definiat, dicit ‘gressibile’ aut ‘album’ aut aliquid aliud quod in alio sit”, etc.

Sed tu quaeres: Nonne hoc nomen ‘Aristoteles’ est nomen singulare et individuum? Et ego dico quod nomen vocale non debet dici universale vel singulare nisi ex eo quod sibi correspondet conceptus universalis vel singularis.

Porphyrus autem tetigit tres modos singularium: scilicet ‘Sortes’, ‘hoc album’ et ‘Sophronisci filius’.<sup>81</sup> Modo propriissime, ille modus

79. I have corrected some typographical errors.

80. Arist. *Metaph.* 7.15.1039b27-28.

81. Porph. *Isagoge* 7.19-21.

'hoc album', 'hoc veniens', etc., habet conceptus singulares sibi correspondentes quia illud pronomen demonstrativum 'hoc' non apponitur bene secundum modum significandi nisi sit cognitio rei per modum existentis in prospectu cognoscentis.

Iste autem modus singularium, scilicet 'Sortes', 'Plato', 'Aristoteles', fuerunt proprie singulares habentes conceptus singulares sibi correspondentes, quia imponebantur ad significandum res conceptas per modum existentis in prospectu imponentium, quia dicebant "Hic puer vocatur nomine proprio 'Sortes'". Sed illa nomina aliis qui non videntur illos, non sunt iam singularia, nec habentia conceptus correspondentes simpliciter singulares, sed sicut notat Porphyrius,<sup>82</sup> dicuntur singularia illis per circumlocutionem "ex [79] proprietatibus quarum collectio nunquam in alio eadem erit", vel fuit: ut per hoc nomen 'Aristoteles' intelligimus hominem generatum, sapientissimum, discipulum Platonis, etc., haec enim circumlocutio dicitur sic singularis quia non convenit nisi uni soli homini, sed non sic {sit *ed.*} singularis quod non {quod non: quoniam *ed.*} esset innata aliis convenire, non enim fuisset impossibile quod alius fuisset talis. Sed cum dico 'hic homo', impossibile est quod alius sit hic homo.

Alius autem modus singularium, ut 'Sophronisci filius', non est proprie dictum singulare, quia haec oratio 'Sophronisci filius' statim innata est convenire pluribus si Sophroniscus generat alium filium. Sed solo eo hoc nomen dicitur singulare: quia de facto, non convenit pluribus. Et manifestum est quod secundum talem impropriam locutionem seu intentionem isti termini 'sol', 'luna', etc., dicentur termini singulares, qui tamen sunt termini specifici.

## Bibliography

### Primary Literature

- Anonymus, [but reprinted under name of Marsilius of Inghen] *Commentum in Primum et Quartum Tractatum Petri Hispani*. Hagenau, 1495 (rpt. Frankfurt am Main: Minerva G.M.B.H., 1967).
- Dolz, Juan, *Termini*. Parisius, ca. 1511.
- Enzinas, Fernando de, *Tractatus de compositione propositionis mentalis*. Lugduni, 1528.

82. Porph. *Isagoge* 7.21-23.

- John Buridan, *In Metaphysicen Aristotelis quaestiones argutissimae Joannis Buridani*. Paris, 1518 (rpt. [with incorrect date of original publication of 1588] with title *Kommentar zur Aristotelischen Metaphysik*, Frankfurt am Main: Minerva G.M.B.H., 1964).
- John Buridan, *Questiones super octo phisicorum libros Aristotelis*. Paris, 1509 (rpt. with title *Kommentar zur Aristotelischen Physik*, Frankfurt a.M.: Minerva G.M.B.H., 1964).
- John Buridan, *Quaestiones de Anima*, in John Alexander Zupko, *John Buridan's Philosophy of Mind: An Edition and Translation of Book III of His 'Questions on Aristotle's De Anima' (Third Redaction), with Commentary and Critical and Interpretative Essays*. Ph.D. Dissertation, Cornell University, 1989.
- John Buridan, *Summulae de Praedicabilibus*, ed. L.M. de Rijk. Nijmegen: Ingenium Publishers, 1995.
- John Buridan, *Sophismata*, ed. T.K. Scott. Stuttgart – Bad Canstatt: Frommann Holzboog, 1977.
- Johannes Dorp, commentary in Johannes Buridanus, *Compendium Totius Logicae*. Venetiis 1499 (rpt. Frankfurt/Main: Minerva G.m.b.H., 1965).
- Johannes Versor, *Petrus Hispanus: Summulae Logicales cum Versorii Parisiensis Clarissima Expositione*. Venetiis, 1572 (rpt. Hildesheim – New York: Georg Olms, 1981).
- Lambert of Lagny (or Auxerre), *Logica (Summa Lamberti)*, ed. Franco Alessio. Florence, 1971.
- Lax, Gaspar, *Termini* [Paris, ca. 1512].
- Manderston, William, *Dialectica*. s.l., 1530.
- Petrus Helias, *Summa super Priscianum*, ed. Leo Reilly. Toronto: Pontifical Institute of Mediaeval Studies, 1993.
- Priscian, *Institutionum grammaticarum libri XVIII*, ed. Martin Hertz, in *Grammatici Latini*, volumes 2 and 3, ed. Heinrich Keil. Leipzig: Teubner, 1855 (rpt. Hildesheim – New York: Georg Olms, 1981).
- Porphyry, *Isagoge in Aristoteles Latinus. I. 6-7. Categoriarum supplementa*. Leiden: E.J. Brill, 1966.
- Soto, Domingo de, *Aeditio Secunda Summularum*. Salamanca, 1539-1540.
- Soto, Domingo de, *Summulae* (3rd ed., cf. above n. 4). Salamanca, 1554-1555 (rpt. Hildesheim, New York: Georg Olms, 1980).
- Soto, Domingo de, *In Porphyrii Isagogen, Aristotelis Categorias, librosque de Demonstratione, Commentaria*. Venice, 1587 (rpt. Frankfurt: Minerva G.M.B.H., 1967).
- Walter Burley, *Liber Universalium*, in *Burlei super artem veterem Porphyrii et Aristotelis*. Venetiis, 1497.
- William of Ockham, *Summa Logicae*, ed. P. Boehner, G. Gál, S. Brown. (Opera Philosophica I). St. Bonaventure, N.Y., 1974.

### Secondary Literature

- Ashworth, E.J. 1982. "The Structure of Mental Language: Some Problems Discussed by Early Sixteenth Century Logicians", *Vivarium* 20: 59-83 (rpt. in eadem, *Studies in Post-Medieval Semantics*. London: Variorum Reprints, 1985, ch. V).
- Biard, J. 1989. *Logique et théorie du signe au XIVe siècle*. Paris: J. Vrin.
- Bos, E.P. 2000. "Die Rezeption der *Suppositiones* des Marsilius von Inghen in Paris (Johannes Dorp) und Prag (ein anonymer *Sophistria*-Traktat) um 1400", in: M.J.F.M. Hoenen and P.J.J.M. Bakker (eds.), *Philosophie und Theologie des ausgehenden Mittelalters. Marsilius von Inghen und das Denken seiner Zeit*. Leiden – Boston – Köln: Brill: 213-30.
- Evans, G. 1973. "The Causal Theory of Names", *The Aristotelian Society Supplementary Volume* 73: 187-208.
- Evans, G. 1982. *The Varieties of Reference*, John McDowell (ed.). Oxford: Clarendon Press; New York: Oxford University Press.
- Gracia, J.J.E. 1984. *Introduction to the Problem of Individuation in the Early Middle Ages*. Washington, D.C.: The Catholic University of America Press; München – Wien: Philosophia Verlag.
- Kaplan, D. 1989. "Demonstratives", in: Joseph Almog, John Perry, and Howard Wettstein (eds.), *Themes from Kaplan*. New York – Oxford: Oxford University Press: 481-563.
- King, P. 2001. "John Buridan's Solution to the Problem of Universals", in: Thijssen and Zupko 2001: 1-27.
- Kneepkens, C.H. 1981. "Robert Bland and the Theory of Evocation", in: H.A.G. Braakhuis, C.H. Kneepkens, and L.M. de Rijk (eds.), *English Logic and Semantics from the End of the Twelfth Century to the Time of Ockham and Burleigh*. Nijmegen: Ingenium Publishers: 59-97.
- Kretzmann, N., and E. Stump (trans.). 1988. *The Cambridge Translations of Medieval Philosophical Texts. Volume One. Logic and the Philosophy of Language*. Cambridge: Cambridge University Press.
- Lecq, R. van der. 1993. "Confused Individuals and Moving Trees: John Buridan on the Knowledge of Particulars", in: E.P. Bos and H.A. Krop (eds.), *John Buridan: A Master of Arts. Some Aspects of his Philosophy*. Nijmegen: Artistarium: 1-21.
- Panaccio, C. 1999. *Le discours intérieur. De Platon à Guillaume d'Ockham*. Paris: Editions du Seuil.
- Perreiah, A.R. 1972. "Buridan and the Definite Description", *Journal of the History of Philosophy* 10: 153-60.
- Pini, G. 2001. "Signification of Names in Duns Scotus and Some of His Contemporaries", *Vivarium* 39: 20-51.
- Pluta, O. 2001. "Buridan's Theory of Identity", in: Thijssen and Zupko 2001: 49-64.
- Recanati, F. 1993. *Direct Reference: From Language to Thought*. Oxford UK and Cambridge USA: Blackwell.

- Spade, P.V. 1982. "The semantics of terms", in: Norman Kretzmann, Anthony Kenny, and Jan Pinborg, (eds.), *The Cambridge History of Later Medieval Philosophy*. Cambridge: Cambridge University Press: 188-96.
- Thijssen, J.M.M.H., and J. Zupko (eds.). 2001. *The Metaphysics and Natural Philosophy of John Buridan*. Leiden – Boston – Köln: E.J. Brill.

